tempora reſeruatum viii

Sed ut ad auicianum re:
curram qui cum in ciuibus
ac cunctis ſingulis ederet
crudelitatis ſue infanda
monimenta turonis tantum
innocens erat. et illa be:
ſtia que humano ſanguine
et infelicium mortibus ale:
batur mitem ſe atque tranquillam
beato uiro preſente preſta:
bat. memini quadam die ad:
eum ueniſſe martinum. Cumque
ubi ſecretarium eius ingreſſus
eſt uidet poſt tergum ipſius
demonem mire magnitudinis
aſſidentem: quem eminus
ut uerbo quod ita neceſſe eſt
parum latino loquamur ex:
ſufflans. auicianus ſe exſuff:
lari exiſtimans: quid me
inquit ſancte ſic afficis. Tunc
martinus. non te inquit. ſed
eum qui ceruici tue teter
incubuit. ita receſſit dyabo:
lus et reliquit familiare
ſubſellium. Satisque conſtat
ab illo die auicianum mitio:
rem fuiſſe ſeu quod intellexit
egiſſe ſe ſemper aſſidentis
ſibi dyaboli uoluntate. ſeu
quod inmundus ſpiritus ab illius
conſeſſu per martinum fu:
gatus priuatus eſt poteſtate
graſſandi cum erubeſceret
miniſter auctore nec mini:
ſtrum auctor urgeret viii

In uico autem ambaci:
enſi id eſt caſtello ue:
teri quod nunc frequens
habitatur a fratribus ydolum
noueras grande opere
conſtructum: pollitiſſimus
ſaxis moles turrita ſur:
rexerat. Que in quadam col:
lectio ſummitatis in thronum
ſublime procedens. ſuper:
ſticione loci operis digni:
tate ſeruabat. Cuius deſt:
ructionem marcello ibidem
conſiſtenti preſbitero uir
beatus ſepe mandauerat
Poſt aliquantum tempus
regreſſus increpat pre:
ſbiterum. cur adhuc ydoli
ſtructura conſiſteret. Ille
cauſatus uix militari ma:
nu et ui publice multi:
tudinis tantam molem poſſe
ſubuerti. nedum id facile
putaret per imbecillos